

LITÚRGIA I PARALITÚRGIA DEL DIA DE NADAL A LA SEU DE GIRONA SEGONS LA CONSUETA DE 1360

PER

LLUÍS LUCERO COMAS

Una de las cosas que mas deben excitar la curiosidad de los anticuarios en esta iglesia de Gerona es la multitud y singularidad de sus ritos antiguos. Yo creo que así por ellos como por la gravedad de los oficios eclesiasticos mereció esta catedral ser llamada "madre de las ceremonias".

Jaime Villanueva

L'any 1988 vaig tenir el privilegi d'introduir-me en l'estudi de la història del teatre medieval de la mà del Dr. Francesc Massip, una de les persones que més treballa als Països Catalans per la recuperació de les més diverses manifestacions del nostre teatre medieval. El resultat d'aquells meus primers passos per un terreny desconegut però alhora fascinant fou un modestíssim treball de recerca. Aquell modest treball, mínimament revisat, és això que ara goso fer públic: una aproximació a la litúrgia i a algunes manifestacions paralitúrgiques que es duïen a terme a la catedral de Girona durant el dia de Nadal segons les notícies que ens n'han pervingut a través de la consuetud de 1360¹. El nucli del treball és constituït, doncs, per la transcripció del text de la consuetud que s'ocupa del dia de Nadal, a la qual acompanyen uns mínims comentaris i la transcripció de material complementari.

¹ *Consuetud antiquissima huius Sancte Ecclesie*. Girona, Arxiu de la Catedral. Signatura actual: 20.e.3. 272 folis de pergami, numerats posteriorment, de 433x298 mm.

Els criteris de transcripció utilitzats són els següents: he respectat el text del manuscrit al màxim pel que fa al lèxic, la grafia², la morfologia i la sintaxi, he afegit la puntuació i he unificat l'ús de majúscules i minúscules, segons els criteris normals; he desenvolupat totes les abreviatures i he substituït les -v- i -j- per -u- i -i-, respectivament. He utilitzat els següents signes paleogràfics: \ / addició interlineal; / \ addició sobre la línia; \\ // addició al marge; [ante] fragment ratllat llegible; [-] fragment ratllat il·legible.

Finalment, voldria agrair a Mn. Gabriel Roura, arxiver de la Catedral, la seva pacient col·laboració, sense la qual m'hauria estat molt difícil l'obtenció d'uns resultats presentables.

IN DIE NATALIS DOMINI

- f.23 In die Natalis Domini, post pulsationem primi tractus, ad matutinum accenduntur cerei in choro et ardent per totam noctem et diem cum sex supradictis quousque completorium finiatur, et in crastinum illi hospiciorum in matutinis usque meridies sit finita, et postea per omnes horas diei usque completorium sit finitum. Inuitatorium *Christus natus est*, et dicitur a .xii. clericis indutis capis sericis, tenentibus singulos cereos in manibus, quos debet afferre clauiger cum quodam clerico pro sacrista secundo dum inuitatorium incipere, quo finito, recipiant cereos illi qui atulerunt ibi uersus *Christe redemptor* \\in sequenti tono³ *Christe redemptor omnium*//. In nocturno, antiphona *Dominus dixit ad me* cum sequentibus. Et una quaque antiphona cantatur tota antequam psalmus incipiatur non a choro a quo incipitur sed ab altero; et qua finita, psalmus incipiatur, sed finitis psalmis cantatur ab utroque coro et hic intelligatur. Dicit antiphonis de nocte, psalmi *Quaerere fratre celi* e narrat *Erucauit* -\\in sex festiuitatibus totius anni debent assendi uersus, uidelicet in Natiuitate Domini, in ffesto Sancti Iohannis Euangelistis, f.23v Pace, Pentecoste, Corporis Christi et Assumptionis Beate Marie//-, uersus *tamquam sponsus*, et dicuntur benedictiones de Sancta Maria usque ad diem Epiphanie, exceptis sanctorum festiuitatibus. Lectio prima *De prophetia primo tempore* usque ad uersum *misit Dominus* et in eadem lectione sequitur sermo Natiuitatem Domini Nostri Ihesu

² Alguns casos de doble grafia, *octabas* i *octauas*, per exemple, s'expliquen perquè en un cas el mot apareix desenvolupat i en l'altre, abreujat.

³ Segueix la notació musical.

Christi *secundum carnem* et quamuis iste lectiones prime in principio sint uerba *Prophetie* quia finiuntur per sermones. Ideo dicitur *Tu autem Domine*, responsum *Hodie nobis*, uersus *Gloria in excelsis* dicitur ab eisdem qui incipiunt responsum et interim sedent de choro mediano et secundus uersus dicitur ab aliis duobus de illis qui cantarunt inuitatorium *Gloria Patri* cum *sicut erat* dicitur ab illis qui primum uersum dixerunt. Postea recitatur a cantoribus lectio secunda *Consolamini* in qua dicuntur uersus *Vox dicentis*⁴ cum cantu a quodam canonico bene cantante et legitur usque ad illum locum *super montem*. Sequitur sermo in eadem lectione Natiuitas Domini Nostri Ihesu Christi. Responsum *Hodie nobis de celo* et dicitur a duobus pueris lectio tertia *Consurge, consurge* usque ad illum locum *Quis tu*. Sequitur sermo *Sanctus et solemnis dies*, responsum *Hodie natus est nobis* et dicitur de choro maiori et recitatur a cantoribus psalmi in secundo nocturno *Magnus Dominus Deus iudicium benedixisti*, uersus *Diffusa est gratia*. Lectio quarta, sermo *Clementissimus pater*, responsum *Quem uidistis*. Lectio quinta, *Castissimus Marie Virginis*. Et si fiat Representacio Partus Beate Virginis, hec lectio dicitur nona et lectio *Inter pressuras*, que est nona, dicitur quinta, et fit in ipsa si uoluerint Representacio Prophetarum et postea in nona, que est *Castissimum* fit si uoluerint Partus Representacio. Sin autem leguntur lectiones ut ordinate sunt in libro legende et hec fiunt propter Dei honorem et laboris alleuiationem. Responsum *O magnum*. Lectio sexta de homilia euangelii *Exiit edictum*, responsum *Gloria in altissimis Deo* et dicitur ab Episcopo cum thesaurario, uel ab aliquo prelato uel canonico et reiteratur a cantoribus et dicitur uerbete cum pneuma et incipitur primus uersus

f.24 uerbete ab illis qui responsum inceperunt de uno / choro et ab aliis duobus uenerabilibus de alio choro. Et postea dicitur pneuma per totum chorum pedes stando et in illis uersus *O semper benedicta* et *Aue gratia plena*. Quandocumque dicantur *Dominus noster*, genibus flexis usque ad finem dictorum uersus. In tertio nocturno dicitur psalmis *Misericordias Domini* cum sua antiphona *Ipsa inuocauit me*. Et dicitur hac die tantum. Octauus psalmus *Cantate Domino* primus, psalmus nonus *Cantate* secundus uersus *Ipse inuocabit me*. Lectio septima de homilia euangelii *Pastores loquebantur*, responsum *Sancta et immaculata*. Lectio octaua de homilia euangelii *In principio erat uerbum*, scilicet uox spiritualis responsio *In principio erat uerbum*. Lectio nona

⁴ La notació musical apareix sobreescrita.

legitur sermo *Inter pressuras atque angustias presentis temporis* et fiat hic Prophetarum Representatio si uoluerint, et eorum quilibet dicat suum titulum, ut in legenda continetur de prophetis, et tunc in letrilio dicatur *Iudicii signum* per Sibillam. Et finito primo uersu per ipsam, chorus respondeat *Iudicii signum*, quo finito incipiat ipsa cum quodam alio clerico uel scolari bene cantante uersum *E celo rex adueniens* cum sequentibus et in fine cuiuslibet uersus chorus reiteret *Iudicii signum*. Alias dicatur sicut est terminatum in legendario a quattuor clericis scilicet bini et bini in truna, et finita lectione dicatur responsum *Verbum caro factum est*. Et dicitur primus uersus *Olim prophete* a duobus clericis in choro ante letrilium, secundus uersus scilicet *Tanquam sponsus*, dicitur immediate ab officiatoribus supra letrilium *Sicut moris est* et postea dicitur *Gloria laus* ab illis primis et immediate *Gloria Patri* ab officiatoribus sicut superius. Item reiteratur responsum a cantoribus et ponuntur candelae in rotulis cori et sepulcri, que debent durare usque quo prima sit finita, et dicitur uerbeta *Sollemnis et leta* a quattuor clericis in letrilio et cantatur pneuma super hac litera –e–. Postea legitur euangelium \in truna// [non petit benedictione], scilicet *Liber generationis* \nec petitur benedictione//. Deinde cantatur *Te* f.24v *Deum laudamus*, \canit cum organo// et pulsatur classicus /omnium cimballarum et squillarum ad missam. Quo finito, incipitur primus tropus *Quem uates cecinerunt*, sicut continetur in prosario, et sunt quattuor officiatores in choro, scilicet duo cantores et duo officiatores, et cum misse de mane celebrantur in choro mituntur ibi candelae per clauigerum ut in officariis uideant clerici decantare. Et postea incipitur officium *Dominus dixit ad me*, tropus, post *Gloria*, *Quem ante secula*, \kiris *Pater cuncta* cum uersibus *Gloria Dei* quattuor et dicitur cum organo//, kiris *Deus solus* cum nouem uersibus a quattuor clericis et incipitur ab officiatoribus et a cantoribus. Dicitur *Gloria in excelsis Deo*⁵, oratio *Deus qui hanc sacratissimam noctem* cum oratione de Sancta Maria. Immediate *Omnipotens sempiternus Deus*, postea cantatur propheta \a quodam puero/ [similiter et immediate in qua responsii lucida a tres uel quattuor clericis bene cantantibus in pulpito] \et quilibet dicit unum uersum per ordinem usque ad illum uersum *Gloria laus*//. Sequitur epistola immediate post prophetiam *Apparuit gratia Dei*. Responsum *Tecum principium* dicitur a clericis de choro maiori et reiteratur *Alleluia*, *Dominus dixit ad me* et reiteratur similiter, \dicitur

⁵ La notació musical apareix sobreescrita.

quando fit ofertorium/ prosa *Hec dies*. Et dicitur per chorum euangelium *Exiit edictum*, offertorium *Letentur celi*, \\Credo quartus et dicitur cum antiphona *Sanctus et Agnus* nouem lectionem//, prefacio *Quia per incarnati* et dicitur per omnes octabas usque ad uigiliam Epiphaniae exclusiue, excepto in octaua die Sancti Iohannis et non tamen in missa de Natiuitate sed etiam in missa cuiuslibet sancti, et etiam in missis quae dicantur de Beata Maria usque ad octabas Purificationis eiusdem inclusiue. *Communicantes* dicitur in hac die et etiam usque ad diem Circumcisionis inclusiue. Communio in splendoribus [-], qua finita, statim incipiuntur laudes, antiphona *Quem uidistis* cum sequentibus sed quinta antiphona dicitur *Pastores dicite* et finito psalmus *Laudate Dominum* absque *Gloria Patri*. Reiteratur antiphona a toto choro, antiphona *Pastores*, et cantatur usque ad illum locum *infantem uidimus*, et pueri congregati cum suo magistro retro altare, incipientes ad illum locum *infantem uidimus*, explicant totam antiphonam et statim incipit cantor, qui non incipit *Laudate*, psalmus *Canitate* et illud idem fit de praedicta antiphona antequam incipiatur *Laudate Domino in sanctis eius*, quem incipiat primus cantor, quo finito cum *Gloria Patri* reiteretur antiphona ut supra. Postea cantetur pneuma a choro, capitula *Apparuit* ab Episcopo uel sacerdote remanente induto ad altare, responsum *Paruulus filius*, uersus *Enixa est*, \\pulsatur cum organo in sequente tono⁶ *Enixa est puer*//, uersus *Verbum caro* in euangelio, antiphona *Gloria in excelsis* et dicatur ab Episcopo siue sacerdote, si non fiat Partus Representacio. Attamen si dicta Representacio facta fuerit et ibi fuerint angeli, recipiunt Ihesuillum in manibus et incipiunt *Te Deum laudamus* post fine euangelii et *Gloria in excelsis Deo* \\canit cum organo// ante psalmo *Benedictus Dominus Deus Israel* et postea sequitur oratio et *Ite missa* proprius a diachono. Et missa finita cum laudibus, pulsatur classicum et incipitur missa de luce in altari Sancte Marie et clerici tenent chorum, sicut consuetum est, et sunt ibi quattuor officiatores. Tropus *Iam uenit lux uera* cantatur a duobus clericis tenentibus singulos cereos in manibus, stantibus ad rexias, equalibus uersibus ad chorum et chorus respondet sicut ordinatus est in tropierio. Offertorium *Lux fulgebit*, uersus *Dominus regnauit decorem*, tropus post *Gloria Patri Lux de luce*, [kiris *Te Christe a rex suplices exoramus, Gloria in excelsis Deo*⁷]

⁶ Continua la notació musical.

⁷ La notació musical apareix sobreescrita.

\kiris *Gloria Sanctus et Agnus de angelis* et dicitur cum organo//. Oratio *Da quaesumus omnipotens Deus ut qui noua* cum oratione Sancte Anastasie, oratio *Da quaesumus omnipotens Deus* sub uno per dominum. Prophetia *Spiritus Domini super me*. Epistola inmediate *Apparuit benignitas, Gratia benedictiones* et dicitur a duobus clericis de choro maiori et reiteratur *Alleluia, Dominus regnauit* prosa, *Alleluia ecce*, \prosa dicitur quando fit ofertorium cum neuma super *-a-//*, et incipiatur ab officiatoribus et cantoribus et uersus sequentes, scilicet *Ecce puerpera*, dicantur a quattuor clericis et respondeatur pneuma \super *-a-//* a toto choro. Euangelium *Pastores loquebantur* \Credo minus et dicitur cum organo//, offertorium *Deus enim firmauit*, communio *Exulta satis* et hic pulsatur pro prima *Ite missa*⁸ proprius. Postea sequitur primam. Ad primam, \ad sonum die *Enixa est* etiam per omnes horas et omnes octauas//, antiphona *Lux orta est* uersus ad *Christe qui natus terris socias humana supernis*, oratio *Concede quaesumus* et dicitur hac die / per omnes horas et per octauam [in prima et in completorio], finita uero prima uel dum dicitur in choro pulsatur ad tertia. Et debet uenire processio Sancti Felicis, et capellanus ecclesie Sancti Felicis dicat ad letrilium uersus *Verbum caro factum est, oremus*, sequitur oratio *Concede quaesumus*, et in fine per eundem responsum. Postea *Plane benedicamus*, postea antequam tertia incipiatur, si Episcopus celebret alias non per claustrum, quod debet esse embarronatum et suo tempore totum ioncatum, a clericis. Fit processio per eosdem cum birretis in capite, sine almuciis et indutis capis sericis, quas debet thesaurarius uel aliquis loco sui in choro feriatim ponere et precentoris eas inter clericos diuidere. Postea fit processio et primo dicatur antiphona *O Maria Iesse*, et praedicta antiphona dicitur tota in prima statione excepto *Alleluia*; postea cantores in secunda statione de eadem antiphonam reiterant *Ergo precamur* et interdum, si necesse fuerit, iteratur de praedicta antiphona. Et singularis merito uel quo temporalis sollempnitas secundum quod cantoribus uidebitur faciendum. Postea dicitur responsum *Hodie natus est*, postea *Gloria in altissimis* cum uerbeta in capitulo. Et interim accendantur omnes cerei rexiarum Sancte Marie. Postea cantor duos det antiphona *Gloria in excelsis Deo* domino Episcopo et reiteretur per omnes ut necesse fuerit. \Nunc uero dicatur tertia et sexta ante processionem//. Postea dicatur tertia et dominus Episcopus incipiat *Deus in adiutorium*, et ipso finito

⁸ La notació musical apareix sobreescrita.

f.26 cantores cum capis et bordonibus incipiunt uersum *Nunc sancte nobis* ad sonum uersum *Enixa est* et psalmum *Legem pone*. Et si Episcopus non celebrauerit missam tunc dicitur tertia more solito et incipitur *Nunc sancte nobis* ab ambobus [-] cantoribus cum capis nigris et bordonibus et aliis temporibus cum superpelliciis. Postea dicitur antiphona ad tertiam *Hodie intacta*, capitula *Apparuit* et dicatur per omnes horas responsum *Mater Dei*, uersus *Verbum caro*, oratione ut supra. Et subdiachonus cum candelabris huius ecclesie intret rexias. Et Episcopus cum candelabris Sancti Felicis uadat ad thesaurariam dicendo tertia, et ibi induatur infula, qua / finita, fit classicum. Et in choro induuntur cantores et officiatores capis sericis et sint octo. Et, ut Episcopus uideatur in sede retro altare, uertantur per clauigerum ganferones et, cum inceperit offertorium in choro, clauiger cum alio sacerdote turibulis thure fumigantibus, precedentibus pueris cum dalmaticis candelabris et subdiachono cum textu, uadant ad thesaurariam. Et, cum in choro inceperit *Gloria Patri*, Episcopus cum decem presbiteris, diachono et thesaurario, indutis capis sericis, processionally ueniant ad altare Beate Marie dicendo et reiterando psalmum *Iudica me Deus* et, cum fuerint infra rexias, faciat confessionem; et ipsa finita, osculatur textum et postea retrocedit ad ianuam rexiarum. Postea diachonus primo et postea thesaurarius et postea sacerdotes sibi assistentes singulariter accedunt ad eum et quilibet eorum osculatur sibi manus et postea os. Et postea Episcopus ascendit ad sedem et ibi facit officium usque ad *Credo* inceptum. Postea uenit ad altare et ibi finit *Credo*, quo finito osculatur textum Euangelii. Et ista fiunt in his diebus solum et Sancti Iohannis, Pasche et Penthecostes, Assumptionis Beate Marie et Corporis Christi. Processiones et confessiones sicut dictum est. Si Episcopus celebrauerit, sin autem his exceptis fiant omnia ut superius continetur et sunt fieri assueta. Ad missam duo pueri induti dalmaticis, stantes equales in medio rexiarum uersi ad chorum, dicant tropum scilicet *Psallite fratres mei*. Sequitur tropus *Quem queritis in presepe* cum quattuor uersibus sequentibus et dicuntur de duobus in duobus clericis ad letrilium. Offertorium *Puer natus est nobis et triumphatur*, kiris *Kirie Virginitatis* et dicitur *Gloria in excelsis* cum uersibus, \let datur *Gloria in excelsis*⁹ in omnibus festiuitatibus in quibus fiunt maiora a duobus precentoribus//, *Spiritus et*

⁹ La notació musical apareix sobreescrita.

f.26v *Altissimum*; et in illo uerso *qui sedes* pueri scilicet unus qui tenent capitulum portat unum cereum et tenens epistolam, portat epistolarium et subdiachonus textum Euangelii, cohoptus pulchris uelis uel touayollis, et sic incedunt / spaciose ad trunam ad legendum prophetiam et epistolam in precipuis festiuitatibus. Oratio *Concede quaessumus*, prophetia *Propter hoc sciet populus meus*, epistola *Multipharie*. Inmediate graduale *Viderunt omnes* et dicitur a duobus clericis de choro maiori, quo incepto, chorus reiterat *Viderunt omnes*. Et sic fit in omnibus festis signorum maiorum *Alleluia multipharie*, prosa *Noui partus uel pulcrior* si inueniatur. \Non dicitur prosa propter offertorium, quia quando fit offertorium non dicitur prosa.// Euangelium *In principio erat uerbum* et cum dicitur a diachono *Et uerbum caro factum est* chorus debet deuote flectere genua. Dicitur *Credo* \maior¹⁰, offertorium *Tui sunt celi*. \Dicitur *Communicantes* et etiam peracta//¹¹ communio *Viderunt omnes filium*. Et si Episcopus celebrauerit, dicitur *Princeps Ecclesie* et cetera ut est fieri consuetum. *Ite missa est*¹². Ad sexta antiphona *Natus est nobis*, capitula *Apparuit gratia*, responsum *Paruulus filius*, uersus *Tanquam sponsus*, oratio ut supra. Et inmediate post *Pater noster* incipitur nona propter breuitatem dierum. Et dicitur antiphona *Paruulus filius*, responsum *Verbum caro factum est*, uersus *Ipse inuocabit me*. Ad uesperas post missis, cimbalarum et squillarum pulsatione et candelarum altari Beate Marie et Sepulcri accensione, dicitur antiphona *Tecum principium uirtute* cum suis psalmis, capitula *Apparuit*, *Alleluia*, *dies sanctificatus* et dicitur cum triplo istis tribus diebus prosa *hec dies in euangelio*. Antiphona *Hodie Christus* dicitur ab Episcopo, si ipse fecerit officium, et reiteratur a quodam prelato uel ab Episcopello, qui in istis uersis creatur et sedet se tercio in cathedra episcopali cum duobus sibi contiguis et prelati istis diebus cedunt eis. Dicitur oratio ut supra. Postea ueniunt cantores et officiatores diaconorum induti capis rubeis et faciunt Representationem Martirii Beati Stephani si uoluerint. Et ille qui regit cantoriam secundam det antiphona Sancti Stephani, scilicet prelati dies, alicui prelato uel uenerabili canonico, diachono et cantores et officiatores dicant *Gloria Patri* et in fine antiphona dicitur pneuma uel, si uoluerint, diaconi dicant res-

¹⁰ La notació musical del *Credo* apareix en el marge.

¹¹ La notació musical del *Sanctus* apareix en el marge.

¹² La notació musical apareix sobreescrita.

ponsum *Sancte Stephane*. Et dicit Episcopus *Dominus uobiscum*, oratio *Da nobis quaesumus Domine imitari et dicitur Benedicamus Sancti Stephani*. Lectio ad completorium dicatur *Apparuit benignitas*, antiphona *Nato Domino*, capitula ut supra, uersus *Equalis eter/ino*, uersus *Benedictus qui uenit*, antiphona in euangelio *Verbum caro*, oratio ut supra. Si uenerit in dominica hec sancta Natiuitas, cedit penitus ipsa dominica sed datur aqua benedicta et incipitur a cantoribus *Asperges me* et *Miserere mei Deus*, repetendo ad unum quoque uersum *Asperges me Domine*.

L'ESPAI ESCÈNIC

L'espai escènic de qualsevol drama litúrgic –recordem que aquests s'integraven com una part més en la cerimònia de la missa– inclou la totalitat de l'església dins la qual és dut a terme. A la catedral de Girona, durant les celebracions del dia de Nadal, incloïa, a més, el claustre, convenientment sacralitzat, pel qual es feia una processó.

Ara bé, el gran problema que se'ns planteja a l'hora de delimitar aquest espai escènic és que, ni de bon tros, la catedral, pels volts de 1360, presentava l'aspecte amb què la veiem actualment. Recordem que el 1312 començaren les obres d'ampliació de l'església, que van suposar també un canvi d'estil, del romànic al gòtic, i que el 1360 no estaven de cap manera acabades¹³.

Pel que sabem, el 1347 era traslladat l'altar major al nou presbiteri, la qual cosa fa pensar que almenys aquest ja estava construït de nou. De fet, pels volts de 1360, consta que aquest i el primer tram, i únic de la nova església gòtica en tres naus, ja estava a punt. Si tenim present, a més, que construïen la nova catedral sobre la vella i que, acabades les obres d'un tram, enderrocaven l'antic al qual substituïa, ens trobem que l'espai escènic el constituïen els trams recents de la nova catedral gòtica i els que restaven de la romànica. El gran problema és que no hi ha establert cap plànol de l'antiga catedral romànica perquè no hi ha dades arqueològiques sobre les quals formar-lo. Ens movem, doncs, en l'àmbit de les suposicions o bé som guiats per notícies documentals. Pel que sembla, la façana principal estaria just abans de la porta dels Apòstols i de l'actual porta d'accés al museu i al claustre. L'accés a aquest des de l'església es faria per allà on actualment hi ha la capella de Tots

¹³ Un primer esbós d'història de la construcció de la nostra catedral, el trobareu a Joaquín Bassegoda, *La catedral de Gerona. Apuntes para una monografía de este monumento*, Barcelona 1889.

Sants, dins de la nau, i la capella de Nostra Senyora del Bell Ull, per la banda del claustre. Tampoc no coneixem la configuració i posició exactes del recinte del cor, però en tenim notícies, i se suposa també l'existència d'una via sacra que uniria el cor i el presbiteri, els espais escènics privilegiats.

Anant al detall, cal dir que el text de la consuetudina fa esment de quatre llocs més, des dels quals se celebrava una part dels oficis. Són els següents: *letrilio*, *truna*, *pulpito* i *sedis retro altare*. Aquesta darrera expressió ha de referir-se a la seu episcopal, situada en un pla elevat rere l'altar major¹⁴. Els tres primers termes fan referència a una mena de cadafals mòbils, si bé el primer dels tres podria també referir-se als grans faristols que, entre altres llocs, almenys un es trobava al cor¹⁵, dividit, com era acostumat, en *maiore*, *mediano* i *minore*.

DECORACIÓ I ATREZZO

Tot i que el text de la consuetudina no ens forneix cap dada explícita sobre la decoració del temple —malgrat fer-ho de la del claustre, com veurem més endavant—, sí que n'esmenta la il·luminació, que consistia en l'ús de ciris, *cereos*, i candeles, *candle*¹⁶. Els seus suports eren els canelobres, *candelabris*, i els rotlles, *rotulis*¹⁷. Aquests rotlles, segons el text, es trobaven al recinte del cor. El sepulcre a què fa referència la consuetudina devia ser una representació simbòlica del Sant Sepulcre que acostumava a ocupar l'espai central del mateix cor.

Per tal de poder-s'hi fer una processó, el claustre havia de ser sacralitzat, i aquesta sacralització es basava en una decoració de tipus vegetal. El text de la consuetudina és prou explícit: “debet esse embarronatum et suo tempore

¹⁴ Quan al text apareix l'expressió *altari Beate Marie*, hom s'està referint a l'altar major. Quan apareix el mot *rexiar*, el context ens dirà si eren les reixes que tancaven el cor o bé les que tancaven el presbiteri.

¹⁵ Com es desprèn de l'expressió “in choro ante letrilium”.

¹⁶ O bé espelmes més petites, o bé lampadetes d'oli. u. Du Cange, *Glossarum mediae et infimae latinitatis*, Unveränderter Nachdruck de Ausgabe von 1883-87, Akademische Druck-Verlagsanstalt, Graz-Àustria, 1954, vol.II, p.83.

¹⁷ Hem d'entendre per rotlle, una mena de làmpada de forma circular sobre la qual es col·locaven les espelmes i que tant podria penjar del sostre, allò que era més freqüent, com tenir un peu de suport. u. Du Cange, *op.cit.*, vol.VII, p.225; Antoni M. Alcover-Francesc de Borja Moll, *Diccionari Català-Valencià-Balear*, Palma de Mallorca 1986, vol.IX, p.597.

LITÚRGIA I PARALITÚRGIA DEL DIA DE NADAL A LA SEU DE GIRONA SEGONS LA CONSUETA DE 1360 totum ioncatum”]; és a dir, l’entapissat vegetal havia de ser dipositat sobre uns taulons de fusta que cobriren tot el sòl del claustre¹⁸.

La majoria dels elements de l’atrezzo prenen part en els desplaçaments dins del temple d’una manera o altra. La il·luminació, també necessària, la donaven els ciris, portats a la mà pels oficiants o bé en canelobres. Tampoc no podien faltar els encensers –*turibulis thure fumigantibus*– ni els vels per cobrir els llibres sagrats¹⁹. Els dos darrers elements dels quals ens dóna notícia el text són els bordons, *bordonibus*²⁰, i els gamfarons, *ganfernones*²¹.

L’orgue i diversos tipus de campanes i campanetes –*classicus, cimballorum* i *squillarum*²²– s’ocupaven dels efectes sonors.

VESTUARI

Tots els elements del vestuari que apareixen esmentats a la consuetat pertanyen als hàbits més o menys regulars dels clergues. Són els següents: les capes –només en algun cas se’ns n’esmenta la matèria, la seda; i només en dos casos, el color, el vermell i el negre–; les dalmàtiques, una mena de casulles amb mànigues²³; els *almuciis*, una mena de capeta curta amb caputxa²⁴; els sobrepellissos, *superpelliciis*²⁵; i les *infula*, una mena de túnica o casulla²⁶. Un darrer element són els barrets que han de dur els oficiants en la seva processó pel claustre²⁷.

¹⁸ Pel significat del mot *ioncatum*, vegeu Du Cange, *op.cit.*, vol.IV, p.423. Quant a *embarro-natum*, terme que no apareix a l’obra de Du Cange, es tracta d’una llatinització del participi del verb català “embarronar”, que segons l’Alcover-Moll –*op.cit.*, vol.IV, p.715– significa “travessar amb barrons”, una mena de barres curtes.

¹⁹ Llegim en un passatge de la consuetat: “cohopertos pulchris uelis uel touayollis”. Noteu la llatinització barroera però pintoresca del mot català.

²⁰ u. Du Cange, *op.cit.*, vol.I, p.707.

²¹ u. Alcover-Moll, *op.cit.*, vol.VI, p.165.

²² u. Du Cange, *op.cit.*, vol.II, p.356; vol.II, p.328; vol.VII, p. 499-500.

²³ u. Du Cange, *op.cit.*, vol.III, p. 4-5.

²⁴ u. Du Cange, *op.cit.*, vol.I, p.191.

²⁵ u. Du Cange, *op.cit.*, vol.VII, p. 666-7.

²⁶ u. Du Cange, *op.cit.*, vol.IV, p.358.

²⁷ *cf.* “Fit processio per eosdem cum birretis in capite, sine almuciis et indutis capis sericis.”

El text no ens diu res dels vestits que haurien de dur els àngels que participaven a la *Partus Representacio* ni dels que hauria de dur la sibil·la en el cant del *Iudicii signum*.

PROCESSIONS I MOVIMENTS ESCÈNICS

Abans de l'hora terça de la missa de l'alba, els clergues de la col·legiata de Sant Feliu havien d'anar en processó fins a la catedral. Les notícies que en dona la consuetudina de 1360 són superficials, es limita a constatar el fet i a esmentar els cants que el capellà de Sant Feliu havia d'entonar dins de la catedral²⁸. Ens ha calgut, doncs, recórrer a una consuetudina de Sant Feliu per tenir-ne alguna notícia més precisa²⁹. En copio aquí el fragment que ens interessa.

“(...) fiat processio ad sedem. Et cum processio fuerit extra ianuam ecclesie, precentor incipiat responsorium *Gloria in altissimis* alta voce, tenendo baculum argenti in manu et cantando omnes simul vadant ad sedem et reiteratur responsorium, si videbitur, precentori et dicatur verbeta *Bone voluntatis*, ante ianuam ecclesie sedis, antequam intrent. Finita tamen verbeta, precentor comendet immediate antiphona *Gloria in excelsis*, honorabili archidiacono vel antiquori canonico sedis, qui ibi debent esse. Et cantando ipsam, omnes intrent ecclesiam et reiteretur si necesse fuerit usque in choro. Et incontinenti dictus claviger ponat crucem in altare Beate Marie.”³⁰

Així, doncs, la processó venia cantant el *Gloria in altissimis*; quan arribava a les portes de la Seu, lloc on havien d'estar esperant-la alguns dels seus clergues, el que encapçalava la processó llegia la verbeta *Bone voluntatis*, començava a cantar el *Gloria in excelsis* i entraven tots, tot cantant-lo; anaven processionalment fins al cor, on un dels capellans de Sant Feliu llegia el *Verbum caro factum est, oremus*; tot seguit, el clauer havia de posar la creu, que havia portat durant la processó, a l'altar major. Un cop fet això, es tornava a l'església de Sant Feliu, però qui volia es podia quedar a l'ofici de la Seu.

²⁸ *cfr.* “Et debet uenire processio Sancti Felicis, et cappellanus ecclesie Sancti Felicis dicat ad letrilium...”

²⁹ *Consuetudina Ecclesie Sancti Felicis Gerundae*. Seminari de Girona. Signatura actual: n.18 (olim: ms.151). Segle XV (després de 1435).

³⁰ f.36. Agraïixo a la Teresa Romaguera l'amabilitat de deixar-me consultar i usar la seva transcripció del text.

